Quicunq[ue] subscri ptam oratiu[n] culam de uote dixe rit mere bitur a Jo anne p[a]p[a] xxij de cem mi lia indul gentia rum dierum.

1 Salue sancta facies n[ost]ri redemptoris
In qua nitet species diuini splendoris
Impressa pannicul[o] niuei candoris
Dataq[ue] veronice signum ob amoris.
Salue vultus d[omi]ni imago beata
Ex eterno munere mire decorata
Lumen funde cordibus ex vi tibi data
Et ex nostris sensibus tolle colligata
Salue splendor glorie salus peccatorum

Repreſentans proprie regem angelorum
Reſtauratrix gracie ſpeculum ſanctorum
Te querunt reſpicere ſpiritus celorum.
Salue robur fidei noſtre chriſtiane
Deſtruens hereticos qui ſūt vite vane
Morum auge meritum qui te credūt ſane
Illius effigie qui rex ſit in pane.
Salue nr̄a gloria in hac vita dura
Labili et fragili cito tranſitura
Nos perduc ad patriam o felix figura
Ad videndum faciem que eſt chriſti pura.
Salue o ſudariū nobile vocale
Et noſtrū ſolaciū et memoriale
Eius qui corpuſculum aſſumpſit mortale
Nr̄m verum gaudium et bonum finale.
Salue iubar ſeculi ſtella matutina
In conſpectu populi fulget lex diuina
Que eſt cura languidi. vite medicina
Nos in mundo labili lues a ruina.
Salue gēma nobilis. vera margarita
Celicis virtutibus ꝑfecte munita
Non depicta manibus. ſculpta nec polita
Hoc ſcit ſummus artifex qui te fecit ita.
Hic color celicus qui in te ſplendeſcit

In eodem permanet statu, nec decrescit
Diuturno tempore minime pallescit
Fecit te rex glorie fallere qui nescit
Nesciens putredinē seruans icorruptū
Qd' est a christicolis corā te deductū
Tu vertes in gaudiū gemitū et luctum
Confers saluberrimum te videnti fructū
Salue decus seculi speculū sanctorū
Te videre cupiūt spiritꝰ celorum
Nos ab omni macula purga viciorum
Atqȝ nos consortio iunge beatorum.
Esto nobis quesumꝰ tutū adiuuamē
Dulce refrigeriū atqȝ consolamen
Ut nobis non noceat hostile grauamen
Sed fruamur requie cum beatis Amen
V. Signatū ē sup nos lumē vultꝰ tui dn̄e
R. Dedisti leticiā ī corde meo. Colla
Deus qui nobis lumē vultꝰ tui me
moriale ad istantiā btē Veronice sudario
impressā relinquere voluisti imaginē tuā,
p passionē et crucē tuā tribue qs; ut ita
nūc in terris p speculū ī enigmate te videre
et adorare valeamꝰ. ut et iudicem sup nos
venientē facie ad faciē leti et securi videre me
reamur in celis. P christū dominū nrm Amen